lamento, quod parlamentum, ut dicitur, congregatur circa medium ms. septembris, volumus q. ocurrente casu pdicto ante recessum dictar. galear. debeas vocare consilium de inde per quod terminari debeat si remanere debebis de inde ad procurandum tibi comissa, vel ne, et si terminabitur q. remanere debeas, tminari debeat tempus, quo remanere debebis, licet nr̄a intentio sit, quod non possis stare nisi uno mense in partibus de inde post recessum galear. nr̄ar. ad procurandum obtinere ea que tibi comittimus, sed minori tpre sit, p. quod consilium terminetur cum quanta familia remanere debebis de inde et quod facere habebis et procurare in parlamento predicto. Et ut melius hoc obtinere possis, sumus contenti q. accipere debeas unum bonum et sufficientem advocatum, cui solvi debeat id quod erit justum et terminatum per dictum consilium q. expense vadant ad vaream ut superius continetur, declarando nichilominus quod patroni galear. solvant illud quod tenentur in casu quo venires p. terram et omnem aliam expensam quam faceres in veniendo p. terram ultra tibi limitatam, vadat ad vaream ut superius continetur et veniendo p. terram ultra tibi limitatam, vadat ad vaream ut superius continetur et veniendo Venet. p. terram non possis conducere nisi equos quatuor et unam guidam.

Verum qui sumus informati q. si diferentia Rizardi Stil captaretur esset forte causa dandi materiam de rehabendo emendam dannor. illator. et faciendi in futur. bene tractare nr̄os mc̄atores et subditos, quia idem Rizardus est costumerius de inde, propterea tibi comittimus q. esse debeas cum viceconsule et consilio nr̄o de inde et p. illum meliorem modum qui dicto consilio videbitur, debeatis providere de essendo in concordio cum Rizardo pdicto, et id quod expendetur occasione pdicta, vadat ad vaream omnium mercantionum que ibunt ad partes Bruzes et Londra et Bruzos Venetias conducentur, declarando q. ob hanc causam non possit expendere ultra ducatos trecentos et ab inde infra, qr. idem Rizardus habuit suum capitale et ultra.

Comittimus etiam q. procurare debeatis satisfactionem et emendam denarior. quos habere debet nob. vir s. Johannes Zane in partibus Angliae prout tibi ordinate dabit in scriptis, cum illis verbis et rationibus que tue sapientie videbunt ut ad satisfactionem debitam valeat pvenire.

It. comittimus q. toto posse tuo procurare debeas de habendo mandatum in bona et sufficienti forma, q. si aliquis noster civis